

- S. Mariae (Farfensis) agellum in Maliano situm. 'Regn. Desid. et Ad. a. XII. et X, temp. Theodicii ducis Spol., per ind. VII'. Reg. Farf. 84 ed. Troya 884, qui chartam male anno 768. tribuit. 433
- Mart. 29. Ticino. Natalia, filia Gisulfi stratoris, consentientibus Adelberto marito et cognatis suis Aurichiso, 'qui fuit gastaldus in Bergamo', et Gisilberto, vendit Anselpergae abbatisae monasterii S. Salvatoris Brixiani per missum eius centum viginti iugera in fundo Alfiano sita et duas casas massaricias 'in fundo Sualco atque Proisica' sitas. Muratori, Ant. I. 525; Troya 899; Hist. patr. mon. XIII, 70 no. 37 ex autogr.; fragm. ed. Astezati l. I. praef. p. 46. 434
- Apr. 12—14. Romae. Synodo a Stephano papa congregatae episcopi civitatum Langobardicarum intersunt et subscribunt. Cf. Iaffé p. 200; Troya 900. 435
- Apr. Luca. Sicheradu presbyter, rector ecclesiae S. Geminiani, donat eidem ecclesiae agros 'in loco Palmaziense, Arquata, ad Antuniano' sitos. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 66 no. 112; Troya 901. 436
- Apr. — Paldo vendit Aldulo presbytero vineam sitam 'in Prata in villa quae dicitur Ailane. Temp. domni Arechis s. ducis g. L., a. duodecimo ducatus eius . . per ind. septima'. Ita refert charta a. 1020. ap. Gattola, Hist. Casin. I, 34; Troya 902. 437
- Apr. Beneventi in palatio. (Arechis) dux (Beneventanus) dat monasterio SS. Mariae et Marci a Garoino abbate in loco qui dicitur Platea fundato, 'per rogam Arnoaldi abbatis praeceptum absolutionis iuxta membranum Ioannis episcopi' ita, ut idem monasterium 'tantummodo ad sacrum palatium audientiam habere debeat et a nullo episcopo eccl. Beneventanae vel a quibuscunque sacerdotibus unquam requiratur in sua iurisdictione'. Reg. S. Sophiae Benev. III, 23; Ughelli X, 464; Troya 903. 438
- Mai. 15. In locum Leonis ad eccl. S. Salvatoris. Staviles, 'legem vivens Gothorum, habitans in Sablonaria, civis Brixianus' vendit, cum consensu Benigni patris, Ansilpergae abbatisae monasterii S. Salvatoris Brixiani curticellam cum casis massariciis in fundo Alphiano sitam, accipiens per missum eius auri solidos 300. Ex apogr. ed. Odorici, Hist. patr. mon. XIII, 72 no. 38. 439
- Jul. 11. (Lucae). Gumprandus 'havitator in Pisa' et Sumderada uxor eius cum Peredeo episcopo (Lucensi) viganium faciunt, tradentes illi casam prope eccl. S. Fridiani sitam et recipientes salas duas prope muros civitatis (Lucensis) sitas. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 115 no. 67; Barsocchini V, 2, 67 no. 113 subscr. testium addit; Troya 907. 440